



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum vitium curiositatis possit esse in cognitione intellectiua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tellectum ad perspiciendam supernaturalem. Nam sicut vices membris generantur in materia non proportionata; peccata, ita utens intellectus ad videndum excedentia peccat: tum propter circumstantias, puta, quando oportet, tum intellectu, vel sensu, & quando non: & propter quod oportet, ut scilicet homo non utatur intellectu ad cognoscendum, nisi ad debitum finem. Ex differentia igitur inter ipsam cognitionem, & studium cognoscendum, apparet solutio dubii. Cognitionis liquidum non est materia proxima moralis virtutis, sed ex virtute intellectuali, aut naturali in parte sententia bene, vel male se habet. Studium autem cognoscendum, quod est actus voluntatis passivus in potentia cognoscitivis existentibus, propria est materia appetitus, quem moderari oportet per virtutem studiositatis, & manifeste indiget regulatione ad hoc, ut bonum moraliter sit. Vnde ea quae per accidens se habent ad cognitionem, puta, finis malus, impedio debiti, & siquid est eiuusmodi, per se habent se ad studium cognoscendum, quod actus est voluntatis, cui nulla boni & mali moralis differentia est per accidens, quoniam totam illius laetitudinem per se recipit.

Ad secundum dicendum, quod actus cognoscitivus virtutis imperatur a vi appetitiva, quae est motiva omnium virtutum, ut supra dictum est. Et ideo circa cognitionem duplex bonum potest attendi. Vnum quidem quantum ad ipsum actum cognitionis, & tale bonum pertinet ad virtutes intellectuales, ut scilicet homo circa singula aestimet verum. Aliud autem bonum est, quod pertinet ad actum appetitivam virtutis, ut scilicet homo habeat appetitum rectum applicandi vim cognoscitivam sic vel aliter, ad hoc vel ad illud, & hoc pertinet ad virtutem studiositatis, unde computatur inter virtutes morales.

Ad tertium dicendum, quod sicut Philo. dicit in 2. Ethic. quod homo fiat virtuosus, oportet quod seruet se ab his, ad quae maxime inclinatur natura. Et inde est, quod quae natura precipue inclinatur ad timorem mortis pericula, & ad sectandum delectabilia carnis: ideo laus virtutis fortitudinis precipue consistit in quadam firmitate persistendi contra huiusmodi pericula, & laus virtutis temperantiae in quadam refrantatione a delectabilibus carnis. Sed quantum ad cognitionem est in homine contraria inclinatio: quia ex parte anime inclinatur homo ad hoc, quod cognitionem rerum desideret. Et sic oportet, ut laudabiliter homo huiusmodi appetitum refranet, ne immoderate rerum cognitioni intendat. Ex parte vero naturae corporalis homo inclinatur ad hoc, ut labore inquirendi scientiam vitet. Quantum ergo ad primum, studiositas in refrantatione consistit, & secundum hoc potest pars temperantiae. Sed quantum

ad secundum, laus virtutis huiusmodi consistit in quadam vehementia intentionis ad scientiam rerum percipiendam, & ex hoc nominatur. Primum autem est essentialius huic virtuti, secundum: nam appetitus cognoscendi per se respicit cognitionem, ad quam ordinatur studiositas. Sed labor addiscendi est impedimentum quoddam cognitionis: unde respicitur in hac virtute per accidens quasi remouendo prohibens.

QVAESTIO CLXVII. De curiositate, in duos articulos diuisa.

Primum considerandum est de curiositate.

Et circa hoc quaruntur duo.

Primum, Vtrum vitium curiositatis possit esse in cognitione intellectiva.

Secundum, Vtrum sit in cognitione sensitiva.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum circa cognitionem intellectiuam possit esse curiositas.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod circa cognitionem intellectiuam non possit esse curiositas: quia secundum Philo. in 2. Ethic. in his quae secundum se sunt bona, vel mala, non possunt accipi medium & extrema: sed cognitio intellectiva secundum se est bona. In hoc enim perfectio hominis videtur consistere, ut intellectus eius de potentia reducat in actum, quod fit per cognitionem veritatis, dicit etiam Dionysius. 4. capit. de diu. nom. quod bonum animae humanae est secundum rationem esse, cuius perfectio in cognitione veritatis consistit. ergo circa cognitionem intellectiuam non potest esse vitium curiositatis.

Præterea. Illud, per quod homo assimilatur Deo, & quod a Deo consequitur, non potest esse malum: sed quaecunque abundantia cognitionis a Deo est, secundum illud Ecclesi. 1. Omnis sapientia a domino Deo est. & Sapient. 7. dicitur. Ipse dedit mihi horum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, & cetera. Per hoc etiam homo Deo assimilatur, quod veritatem cognoscit: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ut habetur ad Hebr. 4. Vnde primi Regum 2. dicitur, quod Deus, scientiarum dominus est. ergo quantumcumque abundet cognitio veritatis, non est mala, sed bona: appetitus autem boni non est vitiosus. ergo circa intellectiuam cognitionem veritatis non potest esse vitium curiositatis.

Præterea. Si circa aliquam intellectiuam cognitionem possit esse curiositatis vitium, precipue esset circa philosophicas scientias: sed eis intendere non videtur esse vitiosum. dicit enim Hierony. super Danielm.

qua lege iubemur habere Deum pro fine proximo speculationis creaturarum, cum sit in genere boni honesti, quod propter seipsum bonum est. Secundo ergo potest intelligi, quia oportet Dei cognitionem esse finem vltimum cognitionis creaturarum: & in hoc sensu intelligitur litera. Nam sicut omnis scientia animae ordinatur ad felicitatem tanquam vltimum finem, ita omnis creaturae cognitio ordinatur ad cognitionem Dei, ut finem vltimum. Nec est opus propterea ad peccatum euitandum, quod cum quis uacat scientiam creaturarum, ordinat eorum notitiam in Dei cognitionem: quoniam suapte natura cognitio creaturae gradum constituit ascensionis ad cognitionem Dei. Et ideo appetens studium scientiae creaturam, eo ipso appetit gradum deducentem in cognitionem Dei: nisi appetitu peruerso deductionem huiusmodi contemnat, & negationem ordinis ad Dei cognitionem, qui in ipso gradu cognitionis creaturae est, amplectatur. Tunc enim peccatum in litera descriptum, accidit.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod circa cognitionem intellectiuam non possit esse curiositas: quia secundum Philo. in 2. Ethic. in his quae secundum se sunt bona, vel mala, non possunt accipi medium & extrema: sed cognitio intellectiva secundum se est bona. In hoc enim perfectio hominis videtur consistere, ut intellectus eius de potentia reducat in actum, quod fit per cognitionem veritatis, dicit etiam Dionysius. 4. capit. de diu. nom. quod bonum animae humanae est secundum rationem esse, cuius perfectio in cognitione veritatis consistit. ergo circa cognitionem intellectiuam non potest esse vitium curiositatis.

Præterea. Illud, per quod homo assimilatur Deo, & quod a Deo consequitur, non potest esse malum: sed quaecunque abundantia cognitionis a Deo est, secundum illud Ecclesi. 1. Omnis sapientia a domino Deo est. & Sapient. 7. dicitur. Ipse dedit mihi horum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, & cetera. Per hoc etiam homo Deo assimilatur, quod veritatem cognoscit: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ut habetur ad Hebr. 4. Vnde primi Regum 2. dicitur, quod Deus, scientiarum dominus est. ergo quantumcumque abundet cognitio veritatis, non est mala, sed bona: appetitus autem boni non est vitiosus. ergo circa intellectiuam cognitionem veritatis non potest esse vitium curiositatis.

Præterea. Si circa aliquam intellectiuam cognitionem possit esse curiositatis vitium, precipue esset circa philosophicas scientias: sed eis intendere non videtur esse vitiosum. dicit enim Hierony. super Danielm.

Præterea. Si circa aliquam intellectiuam cognitionem possit esse curiositatis vitium, precipue esset circa philosophicas scientias: sed eis intendere non videtur esse vitiosum. dicit enim Hierony. super Danielm.

Super Quaestiones 167. articulum primum.

In art. 1. q. 167. nota, quod negatio debiti finis in cognitione creaturarum tertio loco constituit peccatum in litera, quod scilicet non refertur in cognitionem Dei, dupliciter potest intelligi, quod constituit peccatum. Primum, ac si oporteat cognitionem Dei esse finem proximum, per quem est cognitio creaturae. Et in hoc sensu non est intelligenda praesens littera: quia cognitio creaturae secundum rationem rectam habet pro proximo fine seipsam, ut patet de scientiis speculationis. Nec ali-

3. dist. 35. q. 2. ar. 3. q. 3.

Lib. 3. cap. 6. declinando ad fin. to. 5.

Ca. 4. par. 4. non multo remote a fine.

Dan. 7. sup. illud p. o. po. fuit autem to. 4. & habetur in deere to. 37. ca. qui de men. fa. Lib. 2. c. 40. in princip. tomo 3.

Super illud ad Ephc. 4. non ambulatis in uanitate sensus tomo 9.

Q. preced. art. c. 11.

D. 929.

Cap. 21. ante med. to. 1.

Ad Dam. de filio prodigo, ante med. tom. 4.

Cap. 4. in fi. tomo 1.

Cap. 29. parum a prin. tomo 1.

lem. * Qui de mēsa, vel uino regis noluerūt comedere ne polluant, si sapientiā atq; doctrinā Babyloniorum scirent esse peccatum, nūq; acquiescerent discere quod nō licebat. Et Aug. dicit in 1. de doctrina Christiana. q; si qua uera philosophi dixerunt, ab eis sunt tanquā ab iniustis possessoribus in usum nostrum uendicanda. Non ergo circa cognitionem intellectuam potest esse curiositas uitiōsa.

SED CONTRA est, qd Hieronymus † dicit. Nonne uobis vī in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perferuator oculos trans cœlum leuat? sed uanitas sensus, & obscuritas mentis est uitiōsa. ergo circa intellectiūas scientias potest esse curiositas uitiōsa.

RESPON. Dicendū, q; sicut dictum est, * studiositas nō est directē circa ipsam cognitionē, sed circa appetitum & studium cognitionis acquirendæ. Ali ter autem est iudicandum de ipsa cognitione ueritatē, & aliter de appetitu & studio ueritatē cognoscēdæ. Ipsa enim^d ueritatē cognitio, per se loquendo, bona est. Potest autem per accidens esse mala, rōne scilicet alicuius consequentis, uel inquantum. I. aliquis de cognitione ueritatē superbit, sicut illud 1. ad Corint. 8. Scientia inflat: uel inquantum homo utitur cognitione ueritatē ad peccandum. Sed ipse appetitus, uel studium cognoscēdæ ueritatē potest habere rectitudinē, uel peruersitatē. Vno quidē modo, prout aliquis tendit suo studio in cognitionem ueritatē, prout per accidens iūgitur ei malum, sicut illi qui student ad scientiā ueritatē, ut exinde superbiant. Vnde Aug. dicit in lib. de moribus Eccl. * Sunt qui desertis uirtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta sit maiestas semper eodem modo manentis naturæ, magnū aliquid se agere putant, si uniuersam istam corporis molem, quam mundū nuncupamus, curiosissime intensissimeque perquirant. Vnde etiam tanta superbia gignitur, ut in ipso cœlo, de quo saepe disputant, sibi met habitare uideantur. Similiter etiā illi qui student addiscere aliquid ad peccandum, uitiōsum studium habent, sicut illud Hier. 9. Docuerunt linguam suam loqui mendaciū: ut inique agerent, laborauerunt. Alio autem modo potest esse uitium ex ipsa inordinatione appetitus & studii ad discēdam ueritatem. Et hoc quadrupliciter. Vno modo, inquantum per studium minus uile retrahitur a studio, quod eis ex necessitate incūbit. Vnde Hier. dicit. * Sacerdotes dimissis Euangeliis & prophetis, uidemus comedias legere, & amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare. Alio modo, inquantum studet aliquis addiscere ab eo a quo non licet: sicut patet de his qui aliqua futura a dæmonibus perquirunt, quæ est superstitiosa curiositas. Vnde Aug. dicit in lib. de uera * religione. Nescio an philosophi impedirentur a fide uitio curiositatis in percunctandis dæmonibus. Tertio, qñ hō appetit cognoscere ueritatem circa creaturas non referendo ad debitū finem, sed ad cognitionem Dei. Vnde Aug. dicit in lib. de uera * religione, q; in consideratione creaturarū non est uana, & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia & semper manentia faciendus. Quarto modo, inquantum aliquis studet ad cognoscendam ueritatem supra propriū ingenii facultatē, quia per hoc homines de facili in errores labuntur. Vnde dicitur Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Et postea sequitur. Multos n.

F supplantauit suspitio eorum, & in uentibus sensus eorum.

AD PRIMUM uero dicitur, q; bonū habet in cognitione ueritē: non tñ^d summū bonū consistit in cognitione cuiuslibet ueritatē, sed in cognitione summæ ueritatē, ut patet in 10. ethi. * Et ideo potest esse uitiōsa ne aliquorum ueritatem, secundum ordinem summæ ueritatē, in qua consistit summū bonū.

AD SECUNDVM dicitur, q; eū nō potest gnitio ueritatē secundum se bonū habere, sed excluditur quin possit aliquis cognoscere abuti ad malum, uel etiam inordinatē ueritatē appetere: quia etiam oportet boni debito modo regulatum esse.

AD TERTIVM dicitur, q; studium philosophi perceptorum Deo illis reuocatur ad Rom. 1. Sed quia quidam philosophi tur ad fidei impugnationem, ideo debet ad Colof. 2. Videte ne quis uos decipiat philosophiam, & inanem scientiam secutatorem hominum, & non secundum Christum. Dionysius dicit in Epistola ad Polycarpum quibusdam philosophis, quod diuinitatem contra diuinam uitantur, per sapientiam diuites expellere diuinam uenerationem.

ARTICVLVS II. Verum uitium curiositatis sit circa sensuum cognitionem.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, q; uitium curiositatis non sit circa sensuum cognitionē. Sicut n. aliqua cognoscuntur per sensum uisus, ita etiā aliqua cognoscuntur per sensum tactus & gustus: sed circa tangibilia & gustabilia nō ponitur uitiōsa curiositatis, sed magis uitiōsa luxuria & gula: ergo uideretur, q; uitiōsa circa ea, quæ cognoscuntur per uisum, nō sit uitium curiositatis.

¶ 2. Præ. Curiositas esse uideretur in inspectione ludorū. Vnde Aug. dicit in 6. cōfessio. * q; quodam pugnae casu cū clamor ingens totius populi uehementer. Aliquum pulsasset, curiositate uicta aperuit oculos: sed inspectio ludorū nō uidetur esse uitiōsa, quia hōi inspectio delectabilis redditur per representationem, in qua homo naturaliter delectatur, ut Philof. dicit in sua poetria. * non ergo

circā sensibilibus cognitionem est uitium curiositatis.

¶ 3. Præ. Ad curiositatē pertinere uerū actus proximorū perquirere, ut dicit Beda: * sed perquirere facta aliorum nō uerū esse uitium, quia sicut dicitur Eccl. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. ergo uitium curiositatis non est in hōi particularibus sensibilibus cognoscendis.